Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



218

promodo speculi formatur · Ergo & imagines corporũ minui licet
si specula minuantur · augeri si augeantur non licet · hic pfecto
aliquid latet · sed nunc dormiendum est · Neq: enim nebridio beatus
quaerendo uideor · sed fortasse aliquid inueniendo · Id autem
aliquid · quid est · An illa ratiocinatio · cuitam qua munice meae
blandiri soleo · & eam nimis oblectare · Unde constamus · ex animo
& corpore · Quid horũ melius · uidelicet animus; quid laudatur
in corpore · Nihil aliud uideo quam pulchritudinem · Quid est
corporis pulchritudo · Congruentia partium · cum quadam
coloris suauitate · haec forma ubi uerx melior an ubi falsa ·
Quis dubitet & ubi uerx est esse meliorem · Ubi ergo uerx est ·
In animo scilicet · Animus igitur magis amandus quam corpus ·
Sed in qua parte animi est ista ueritas · In mente · atq: intellegentia ·
Quid huic aduersatur · Sensus; resistendum ergo sensibus totis
animi uiribus liquet · Quid si sensibilia nimiũ delectant · fiat ut non
delectent · Unde fit · consuetudine hiscarendi · appetendique me
liora, quid si moritur animus · Ergo moritur ueritas · Aut non est
intellegentia ueritas · aut intellegentia non est in animo · aut potest
mori aliquid · In quo aliquid in mortale est · Nihil autem horum
fieri posse soli loquia nostra · iam continent · satisque persuasum est ·
Sed nescio qua consuetudine malorum territamur · atque titubamus ·
postremo & iam si moritur animus · quod nullo modo fieri posse
uideo · non esse tamen beatã uitam in laetitiã sensibilium · hoc otio
satis exploratum est · his rebus fortasse atque talibus · nebridio
meo · si non beatus at certe quasi beatus uideor · uidear & mihi ·
Quid inde pdo · aut cur parcam bonio pinioni · haec mihi dixi ·
Deinde onxui ut solebam · atque dormiui · haec placuit scribere tibi ·
Delectat enim me qd mihi gratias agis sed nihilte qd in buccam
uenerit cedem · & gaudeo quia sic tibi placeo · Apud quem igitur
libentius ineptia · quã cui displicere non possum · At si in potestate